



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munitianæ, 1665**

XVIII. De Translatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

scopus eum qui perpetuam Vicariam obtinet, per subtractionem proventuum, vel ipsius Vicariaz ablationem compellat, ut se in presbyterum promoveri faciat.

*A Vicario appellatur ad Archiepiscopum: ab Archidiacono ad Episcopum. b. d.*

**I**nter Vicarium autem & Archidiaconum illud interest, quod à Vicario, non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum a ab Archidiacono vero, nisi aliud Ecclesiastum inducat consuetudo, ad ipsum, cui immediate subjacet, Episcopum erit appellandum.

#### DE COADIVTORE.

##### TITVLVS XVI.

*Ex causa datur Episcopo coadjutor, cuius datus ad fidem Apostolicam spectat. b. d.*

**A**ccepit b. etiam interdum, ut pastor senio aut corporis valetudine impeditus, aut sans mentis consilio destitutus, super suum gregem excusias ducere non possit: ea propter vir providus & honestus, illi in coadjutorem adjungendum est: per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur. Cujus datus, cum de causis majoribus esse conser, ad fidem Apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit: ceterum, si procul ab Apostolice sede Episcopus impeditus deget, tunc secundum Bonifacianam constitutionem tenorem providendum erit.

*Etiam inferioribus ad Episcopum dandus est coadjutor: & utriusque facultatis Ecclesia erit subveniendum. b. d.*

**N**ec e solum Episcopis dandus erit coadjutor, sed etiam, si res exigat, inferioribus: unde, si vel Ecclesia Rector, vel Archidiaconum ita morbo aliquo contigerit impediti, ut Ecclesiasticis ministeriis, vel nullo pacto, vel non nisi cum scandalo interesse possint, eis quoque coadjutor adhibendus erit: & ita res temperanda, d. ut utriusque facultates, eccl. vita necessaria ministrantur.

#### DE COREPISCOPORVM VSV SUBLATO.

##### TITVLVS XVII.

*Corespiscorum usus sublatu est. h. d.*

**F**rant olim & Corepisci, quibus circa plurima cum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamen institutio tamen Romana sede, quam in aliis totius orbis Ecclesiis, tanquam improba & supervacanea, est penitus interdicta e.

*Matrimonium spiritualis dissolvitur translatione, renunciatione, & depositione. b. d.*

**V**idimus hucusq; de spiritualis fecdere conjugii, quod e inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur, quod e electione vel postulatione initiari, firmatione ratificari, consecratione intelligitur consummari: item de moribus, & Vicariis, & adjutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia removetur: & sic quomodo tale conjugium præter mortem dissolvitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renunciatione, & depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primum de translatione.

#### DE TRANSLATIONE.

##### TITVLVS XVIII.

*Translatio inducta est ex utilitate, & ex necessitate: & necessitate effante, translatio irritatur. h. d.*

**a** C. Romana. de app. in 6. **b** C. t. de cl. agror. vel debil. in 6. **c** Per totum tis. extr. de elec. agro. **d** Cap. i. §. praesens quoq; de cl. agro. in 6. **e** Can. Corepiscopo. & seq. di. 68.

**T**ranslationes, quæ & mutations a municipiis possunt, instituta sunt utilitatis & necessitatis. **T**ransfertur, in aliâ transfertur, in qua magis posse posse verisimiliter existimat. Sic olim princeps Apostolorum de Antiocheni civitate se Romanum traxit, ut feliciter ibidem copiosius proficeret posset. Necesse est vero nonnunquam episcopatum sed mutationes fieri solent, hoistum urgente meo. Sed hoc casu si civitatem, de qua effugerit Episcopus, ab hoilo liberari e, & ad priorem statum contingit revocari, etiam expulsus revertetur.

*Episcopos transferre, ad solum Romanum Ponitam potest hoc dicere.*

**S**ciendum est autem Episcoporum translationes, sicut etiam inferiorum, ad solum Apostolicis fidei amictum certissima ratione pertinere: neque super ha matrimoniis quicquam præter ejus assensum immunit debere, aut posse. Quod obtineri non solum si Episcopus est consecratus, verum etiam si tantum electus fuit electus, & confirmatus: cum (ut supra diximus) electionem & confirmationem, inter personas episcopum & electi, conjugium sit spirituale contractum.

*Qui propria auctoritate se ad aliam Ecclesiam contulit, & habita carebit, & ambita. b. d.*

**E**apropter e quicunque avaritiae duci, aut ambitus impulsu, Ecclesia sua mediocritate depeca, & maiorem sese plebem propriâ auctoritate transludent, a cathedra repellunt debent aliena, & carere propria in ecclesiis praefideant, quos per superbiam sprevant: nec illis, quos ob avaritiam vel ambitum concipiuntur. Sicut enim vir f non debet adulterare uxores istam ita nec Episcopus temere Ecclesiam, ad quam electa fuit, relinqueret, ut altera sese conjugat, etiam si polo fuerit attractus.

*Quod constitutum est in Ecclesiis Episcopibus, traditum non ad Ecclesiis inferioribus. b. d.*

**N**on absimilis iurius ratio obtinet in presbyteris & ceteris infra Episcopalem dignitatem continet. Nam si vel qualibet causa, propria quis auctoritate h. cum altero suum beneficium permute voluerit, & que proprii beneficij jacturam faciet. Beneficiorum & nim & præbendarum permutationes generaliter est prohibentur: præterim passione prædicta, quæca spiritualia, vel spiritualibus annexa, tempore licet. Monie continet: licet possit Episcopus e uno loco ad alium aliquos transferre, ut qui unius loci minus sunt utilis, alibi se valeant utiles exercent.

*Si permutatio beneficiorum compleretur una pars, & per alteram fiat quo minus impeditur, refutatur pars ad suum beneficium. hoc dicit.*

**V**obumentum tamen est ei, qui de permutatione cum alio habito tractatu, præbendam suam cunligat, & set, ab alio qui cum permutationis tractatu habuit, & qui postea suam resignare recusat, decepit: cum in decepit, & non recipientibus jura subveniant, licet is qui renunciaverit, a se beneficium abdicasse videtur, tributa tamen est simpliciter venia, constitutumque ut ad regnum beneficium reverti possit.

*Collatio de beneficio causa permutatione vacante. fata illa quam permutantibus, non tenet. b. d.*

**E**t generaliter, ne concessione iuriis uteribus, præstum circa spiritualia, illudatur, si qua beneficia ex

*a Can. renuntiatio. 7. q. 1. b Can. sciss. frater, & seq. 4. 7. q. 1.*

*c Ca. pastorali offici. dist. 7. q. 1. d Ca. & f. extr. ed. 10. de transla. Epis. e Ca. quando, extr. ed. iii. f Can. sciss. v. 7. q. 1. g Can. sciss. alterius. in fi. d. 7. q. 1. h Cap. cum elem. m. gister. extr. de rerum permuat. i Cap. quæstionem. extr. de rerum permuat. k Cap. cum unius versorum. extr. de rerum permuat.*

causa permutationis aliquibus resignata, alii quam ipsis  
permutare volentibus conferantur, nullius firmatis  
erit ipsa collatio.

*Non obstantibus expectationibus, beneficiorum permutatio fieri  
potest, hoc dicit.*

**Q**uinimò si in dieceesi aliqua quidam forte autho-  
ritate Apostolica beneficia proxime vacatura expe-  
tent, illi tamen qui secundum formam Iuris sua benefi-  
cia in eadem dieceesi ad ordinarii collationem spectantia,  
libere ac sine fraude in manibus Episcopi resignaverint,  
non nisi ex causa permutationis resignatur, ab hujus-  
modi expectationibus circa faciendam permutationem  
minime impudentur.

#### DE RENUNCIATIONE.

##### TITULUS XIX.

*Quid sit renuncatio, & quibus ex causis possit renunciari, h.d.*  
**P**er renunciationem quoq; quis ab Ecclesiā sua re-  
movetur. Est autem renuncatio, iuri proprii pon-  
tanea refutatio. Ea vero propter qua Episcopus po-  
test cedendi licentiam postulare, hac ferme habent b;  
conscientiam criminis, debilitas corporis, defectus scientie,  
malitia plebis, grave scandalū, & irregularitas persona.

*Quale debet esse criterium, ab quod renunciari possit, h.d.*

**P**ropter e conscientiam criminis, cedendi potest li-  
centia postulari, non cujuslibet, sed dumtaxat illius,  
propter quod ipsis officiū executio post peractam peni-  
tentiam impeditur.

*Quae debilitas corporis renunciandi causam praebet, h.d.*

**N**on absimilis d; juris ratio in debilitate corporis ob-  
tinet: nam non qualibet, sed solum illa legitimam  
renunciandi præstat causam, per quam quis ad exequen-  
dum officium pastorale redditur impotens: cum inter-  
dum non plus horretur senilis debilitas aliquem cedere;  
quam maturitas, que in senibus esse solet, quem insu-  
fia de officio permanere.

*Magnus defectus scientie tribuit legitimam causam renunciandi,*  
*hoc dicit.*

**P**ropter e defectum quoq; scientie plerunque potest  
quis petere cessionem: quia cum illa circa spiritua-  
lem administrationem sit potissimum necessaria, & circa  
curam temporalium opportuna, Præsul, qui in utrisque  
commissione sibi debet Ecclesiam regere laubriter, ei re-  
nuntiat, si quomodo ipsum regere debeat, ignoret. Quan-  
to autem desideranda sit eminentia scientie in pastore,  
in eo tamē medioris tolerari potest, quia imperfectum  
scientie potest suppleretur perfectio charitatis.

*Malitia plebis justam tribuit renunciandi causam: item vitatio  
bandali, hoc dicit.*

**P**ropter malitiam f; quoq; plebis cogitur interdum  
Prælatus ab ipsis regimine declinare: velut, quan-  
do plebs tam dura cervix existit, ut apud ipsam amplius  
proficerre non possit. Item pro gravi scando & vita-  
do, cum alter fedari non potest, licet Episcopo petere  
cessionem, ne plus temporem honorem, quam ater-  
nam videtur affectare salutem.

*Ob irregularitatem potest renunciari, h.d.*

**I**tem b; ob irregularitatem puta, si bigamus. Quod  
si forte de legitimo matrimonio non fit natus, licet  
huiusmodi irregularitatem subjecere non potuerit, si ra-  
men & culpa latet, & causa, cum eo qui suum laudabili-  
ter implavit officium, injuncta sibi competenter paenitentia,  
poterit non minus utiliter quam misericorditer

a C. unico. de rerum permut. in 6. b C. nisi cum pridem ext.  
ed. tit. c d. ca. nisi. §. propter ext. ed. tit. d d.ca. nisi. §. alta  
ver. e d. c. nisi. §. pro defectu. f Ca. nisi. §. propter malitiam  
g d.ca. nisi. §. pro gravis. h d.ca. nisi. §. persona.

*Gratia laboru fugiendi non potest renunciari, h.d.*

**C**eterum a; ob alias causas renunciationem affec-  
tantes audiendi non sunt: dum forte aliqui laboris  
angustias declinantes, ad oculum, adversus glorioſi Ponti-  
fici exemplum, aſpiare contendant.

*Episcopus qui semel ad vitam Monachalem transiit, non potest  
rufus ad Episcopalem dignitatem reverti, h.d.*

**A**ccidit autem interdum, ut Episcopus humilitatis &  
a penitentia causa, ab Ecclesiā sua removeatur: quod  
tunc contingit, cum quis Apostolica concessione ab Epis-  
copali sede ad Monachalem descendit subjectionem.  
Quo casu alius in locum ejus subrogari poterit: ille vero  
resurgere, Conflantinopolitano b; Concilio vetante,  
nequaquam valebit.

*Impeditus administrare Episcopatum, & propterea Monachus,  
cessante impedimento, potest reverti ad Episcopalem dignitatem.*

**C**eterum e speciales quidam causas inveniuntur, in  
quibus, prædicto Concilio non obstante, is qui vi-  
tam monachalem elegit, rursum licet potest ad Episcopatum assumi. Si enim quis, persecutionis rabie favente, vel præpeditus aduersa valetudine corporis, cum  
proficerre nequeat in regimine pastorali, de superioris au-  
thoritate ad monachicam vitam descendat: persecutionis  
vel agititudinis impedimento cessante, ad Episcopalem  
potest resurgere dignitatem. Idem Iuris est, si quis pro-  
pter doctrinæ defectum, locum regiminis deferat, au-  
thoritate Apostolica ad oculum se contulerit monachale:  
nam si per exercitium lectionis, scientie reperit margini-  
tam, proculdubio denuo vocatus ad Cathedram pasto-  
ralem, redire poterit.

*Afectus Episcopatum simoniac, sed ignoranter, si postea regu-  
laris, licet ad primum reverti non possit, alium tamen Episcopatum  
consurgere potest.*

**R**etus d; si quis inscius cupiditate parentum fuerit  
Episcopatum adeptus, & hoc comperto de licentia  
superioris illum dimittens, observantiam elegerit regula-  
rem, et si ad Ecclesiam eandem redire nequeat, ad aliam  
tamen promoveri poterit: Conflantinopolitani Concilia  
constitutione non obstante: quam obtinere oportet, cum  
penitentia causa, quam Episcopatum retinens peragere  
non valebat, vitam quis elegerit monachalem.

*Ad eum fieri debet renuncatio, ad quem spectat confirmatio.  
hoc dicit.*

**A**bbas e quoque, qui Romanæ immediatè subditus  
est Ecclesiæ, nisi licentia à Romano Pontifice legiti-  
mè impetrata, sui regimini oneri renuntiare minime  
poterit: quod si Episcopo subiectus sit, cum ejusdem per-  
missione locum suum si oitiojute poterit relinquere. Et  
hoc generale est in præbendis, & ceteris minoribus be-  
neficiis, ut apud eum fieri debet renuncatio, ad quem  
pertinet significatio confirmationis: ex quo apparere potest,  
quod resignation facta laico f; nullam juris obtiner fix-  
mitatem.

*Tapa potest renunciare Papatu, h.d.*

**D**E Romano & Pontifice quæsumus est, an, quia nul-  
lum habet superiori in cuius manibus renunciare  
possit. Pontificatus ex causa cedere valeat? & super hoc  
Celestini quintus habitatione, cujuslibet volens occa-  
sionem amputare, & statuit & decrevit, Romanum Ponti-  
ficem posse liberè resignare.

*Per procuratorem renunciari potest, & quatenus valeat renun-  
ciatio facta a procuratore revocari, h.d.*

**P**otest b; autem quis non solum per seipsum re-  
signare, verum etiam per procuratorem: qui si ad ce-

a De c. nisi. §. verum. b Can. hoc nequaquam. q.i. c Ca-  
posi translationem. §. ceterum. extr. ed. tit. de renunc. d De ca-  
posi translationem. §. rufus. ed. tit. e Cap. fi. ubi gl. extr. ed.  
f Ca. quid in dubiis. extr. ed. tit. g Ca. i. de renunciar. in 6.  
h Clem. uni. ed. tit.

AAA 5